Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ad Pavlinae Doctrinae Stvdivm Adhortatio - Cod. Karlsruhe 387

Melanchthon, Philipp
Paulus <Apostel, Heiliger>

[Basileae], [1520-21]

VD16 M 2416

Capvt Nonvm

urn:nbn:de:bsz:31-46280

Visual Library

Qm̄ quos presciuit, hos et presciuerat

Oportet omnes predestinatos fieri conformes filio dei Vos patimini iam, ergo Coniectura est vos p̄destinatos esse, Deinde nō est vobis impossibile ferre aduersitatem, nec aduersitas deuincet vos vt excidatis gloria vrā & beatitudine vrā, q̄r predestinatos nihil eripiet de manu dei

Si deus pro nobis quis c̄ nos

Sola in Christum fiducia eripit nos ab affectibus, ab impatientia a diffidentia & id genus aliis, verbum itaqꝫ & tessera fiducie est, hoc est Si deus p̄ nobis quis contra nos, manifestum est deū velle nos iustificare, quandoquidem misit filium suum in carnis Auctorē iustitie, eadem fiducia a p̄cto seruat, pro peccatis satisfacit & copulat nos Christo, Non enim exempli causa Christus descendit in terram, neqꝫ ad eum tamqꝫ ad exemplum iustitie fugiendum est, veluti ad Sanctos qui sunt exemplum iustitie, Sed tamqꝫ auctorem & satorē iustitie

CAPVT NONVM

Veritatem dico in christo

Hactenus disputauit de p̄cto, lege & iustitia grā, docuitqꝫ sine vllis meritis nos iustificari, que disputatio statim hanc questionē affert scilicet, Si sine meritis nos iustificamur, cur deus alios eligit

fidem verbis facit iureiurando habebant

enim Iudei p̄ gentes sue p̄secutores

alios reprobet, Cum tamen omnes iuxta peccatores nascamur, adeoque cum gentes eligantur, Israelite secundum carnem repudiantur :—

Optarim n. ego ipse

Vehemens affectus est quo optat Paulus pro fratribus damnari, planeque talis qualis ille Mosi, Exodi 32: Nam vera Charitas gloriam dei & proximi salutem sue glorie aut saluti preponit, Charitas enim non querit que sua sunt, Adeo falsa est sententia quam docet vulgus quod ordinata Charitas a seipso incipit, Non enim Charitas cum sua querit, sed Concupiscentia, porro amor noster sic in natura est ut non modo non propter proximi salutem, sed nec propter gloriam dei velit se damnari, & affectat beatitudinem tamen amorem commodi sui, malletque deum non esse quam se damnari, Hec profunda nature malitia mortificanda est, ita ut dei voluntati velimus, Sive velit nos salvare sive damnare, Sic renunciant sue voluntati, et divine seipsos accommodant sancti, ut hic Paulus & David 2 Regum 15 Si invenero gratiam in oculis domini, reducet me & ostendet mihi eam & tabernaculum suum, Si autem dixerit mihi non places, presto sum, faciat quod bonum est coram se, Sic enim de voluntaria morte dicitur, Non est intelligendum, eam voluntariam mortem, qua hinc migramus sed est velle etiam damnari, si volet deus, & per hanc mortem affectus carnis mortificantur, et quidem contra amorem nostrum velle beatitudinem

Ubi sic deprecatur pro populo, Obsecro peccavit populus iste peccatum maximum feceruntque sibi deos aureos aut dimitte eis hanc noxam aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti

Quid voluntaria mors

Non oēs qui sūt ex Israel

Hic vero horrenda iudicia dei contemplemur, qui cū tanta populo huic contulisset, cū tū postea repudiavit superbientem de prerogativis suis, deq iustitia sua, Nam infra paulo causam reddit Cur nō pervenerat ad iustitiā fidei, qr inquit Sectatur iustitiā legis hoc est de sua iustitia sibi placet & blanditur, sua merita iactat, Atq hec tota disputatio eo pertinet vt intelligamus qz nihil sit hominis meritū vt blasphemet adversus misericordiā dei qui hoīs merita predicant, Hiere: 2: ca: Me dereliquerūt fontem aque vive & foderunt sibi Cisternas dissipatas que continere aquā nō possunt, Et Esaie 28: Subvertet grando spem mendacij & protectionē, Sūt autem Cisterne dissipate & spes mendacij nō aliud nisi fiducia proprie iustitie, Rursus non alio loco evidentius aut efficatius cōmendatur misericordia dei qz hoc loco predestinationis (electionis), cū adeo sine vllis meritis videmus per immensā liberalitatem dei credentes eripi & liberari

In hoc ex: Non solū bonorū, sz etiā malorū auctor deus, qz dicit ei: Scriptura, in hoc excitavi te. & nō solū per misi.

Dices ergo mihi quid ad hec

Due questiones in disputatione predestinationis imprimis offendunt sensū Carnis, Prima sequitur Omnes pariter nascimur peccatores, Cur petrū deus eripit & Iudā nō, Hanc questionē apostolus movet cū ait, Quid igitur dicemus nūm iniusticia est apud deū? Neq vero respondet, nā hoc iudicium

investigabile & curiositate avocat cum ait Mosi, Mi
serebor cuiuscunque misereor, i. nihil sis sollicitus, hoc mi
chi tamen committe, Ego miserebor pro arbitrio meo
cuius mihi libuerit misereri, cuius misertus fuero illius
misertus est

Altera questio, Si & bona & mala dei volunta
te fiunt, quare accusat & punit malos, Hanc ques
tionem movet cum ait, Dices ergo mihi quid adhuc
conqueritur? i. quid accusat deus quemquam cum sua vo
luntate omnia eveniunt, cui resistere nemo potest. Nec
ad hanc questionem respondetur, Est autem hoc loco unum
rerum inexplicabile, nempe quod deus & velit peccata
& tamen ea vere odio habeat, ad quod alludit etiam quod
sequitur de instrumentis ire cum ait, pertulit in
multa animi lenitate, nam quod pertulit dicit, signi
ficat a deo fieri vasa [instrumenta] ire, quod addit in multa
lenitate significat ea deo displicere, has duas ques
tiones indicare voluit apostolus, ut curiositati sen
sus carnis occurreret, non autem explicare, id quod erat
impossibile Creature, & de predestinatione argumentum brevius

lex in opere sensibile

Sermonem n. consummans & abbrevians

In loco Esaie Apostolus secutus est, lectionem Septua
ginta interpretum sicut alias sepe, quia id temporis ea
utebantur ecclesie, Hebraice vero sic, Consummatio ab
breviata exundabit iustitiam, Consummationem enim &
abbreviationem dominus [i. dominus sabaoth] exercitum faciet in medio
omnis terre i. lex est imperfecta, nunquam impletur

exundabit i. iustificabit

Imputat i. culpabilem reddit

sine spiritu fidei, Euangelium credentium est perfectio & consu-
mat & perficit legem, itaque consummatio .i. non opera legis
que sunt imperfecta, sed fides Euangelii exundabit iusti-
ciam .i. iustificabit, Et dicitur consummatio seu finitio
quia omnia opera humana, omnes humanas iusticias
damnat & finit & perfectam exundat scilicet iusticiam fi-
dei, abbreuiata vero dicitur vt exposuimus quia non co-
uertatur tota gens; Nam eo textus prophete & pauli
hoc loco tendit, porro quod ad tempus refertur
q: d: Consummatio abbreuiata .i. que breui vel sta-
tim futura est videtur esse coactus, certe non moo
modo potest exponi abbreuiatio de iusticia fidei,
abbreuiante iusticiam legis seu de Euangelio ab-
breuiante legem, Lex enim multa opera precipit sed
frustra, Euangelium nihil precipit sed promittit, cui ex
missioni qui crediderunt, ii iam iustificati sunt, Iam
legem persoluunt, iam non est vltra legis cura, Lex
promissa est prolixa & imperfecta, fides breuis et
perfecta, Lex multa exigit, que prestare non pos-
sumus, fides prestat omnia

Ecce pono in Syon lapidem offen:

Vulgare est apud prophetas Christum vocare
petram, saxum, lapidem, psal: centesimo 18: Lapis
quem reprobauerunt hic factus est in caput anguli,
Esaie 8: Dominum exercituum ipsum sanctificate & ipse pauor

vester, & ipse terror vester, et erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis & petram scandali duabus domibus Israel, Et in laqueum & ruinam habitantibus Hierusalem, & offendent ex eis plurimi & cadent & conterentur & irretientur & capientur & c. 8: Et ecce ego mitto in fundamentis Syon lapidem angularem lapidem probatum, preciosum in fundamento fundatum qui crediderit non trepidabit, & ex his duobus Esa: locis constitutum conflatum est testimonium quod hic a paulo citatur, in quibus plane non aliud quam hic agitur de duplici iustitia, humana & fidei, Humana offendit a Christo, eamque damnat, Sicut dicit in Euangelio Non veni vocare iustos sed peccatores, Habes autem hoc loco apertum testimonium contra eos qui docent legem posse fieri humanis viribus cum ait paulus Israel qui sectabatur legem iustitiae in legem iustitiae non peruenit .i. faciendo legem non fecit

CAPUT DECIMUM

Fides propensa quaedam voluntas

Quia dixerat iudeos impegisse in lapidem offensionis & petram scandali, statim subijcit Schema quo se non modo dolere, sed etiam orare pro eis significat, habebant enim eum pro gente sua perse-